

cessus aliud quid est deperfe diuersum, distinctum, & separatum à sententia, & commissione executoris. text. optimus in l. diligenter. ff. mandati. l. si itaque mandatum. de iur. l. sed & si ante. ff. ad Trebelli. l. parui. in ff. de excep. arbit. plures Doctores adduximus supra hac 4. p. cap. 3. vers. executor qui executoriales excedit, &c. à num. 65. vbi etiam, quòd propterea dicitur nouum quoddam grauamen, & melius etiam cap. 4. à fi. à n. 38.

205 & supr. sed in actibus diuiduis, & separabilibus, vt vile per inutile non vitiat, nec totus actus propter excessum rescinditur, vt tenent omnes Doctores superius citati in primo fundamento contrariæ partis.

206 Et magis in specie apparet etiam in vna, eademque sententia, continente separabilia capitula, valida est in eo, quòd non excedit, licet excessus annulletur, veriorum opinionem dicunt ex B. in l. 1. C. si à non compet. iudice. Salicet. in l. 2. C. de re iudi. cum aliis per Cevallos quæst. in contra commu. quæst. 60. Doctores in l. 1. C. si aduersus rem indicatam. Cardin. conf. 29. colu. 2. ante med. vers. secundo si quando. veriorum etiam dicit Gratian. in discepta. for. cap. 162. à num. 2. vbi alias declarationes adiicit. Ergo multò fortius dicendum est in vestro casu. quia excessus est separatus à sententia, & commissione. & ita Doctores omnes in d. i. fundamento citati loquuntur, quando iudex relaxat vnum decretum pro maiori summa, qui est casus longè distinctus à nostro.

207 Deinde & secundò, quoniam si propter excessum executoris tota reponeretur executio, maximum sequeretur absurdum, cum res iudicata, & eius effectus subuerteretur penitus, propter quod vitandum, non ab executione permittitur appellatio, sed dumtaxat ab excessu, cuius cognitio tantummodo deuoluitur ad superiorem, nec vltra potest se intrinsece. text. optimus in l. ab executor. ff. de appella. recipi. l. 15. tit. 23. p. 3. diximus & probauimus supra hac 4. p. cap. 4. ad fi. d. n. 38. & seqq. & c. 3. vers. sed melior ac probabilior, &c. à num. 192. & per totum capitulum probauimus, quòd ab excessu admittitur appellatio dumtaxat.

Et hanc considerationem probari mihi reperio per Bal. in l. 3. terminato colu. 4. vers. pone quod. n. 17. C. de fructib. & luti. expens. & in Margari. in verbo, appellari potest à iuramento. Lanfr. in c. quoniam contra. fol. penult. idem referens sequitur Nicell. tract. de concor. gloss. concord. 6. fall. 32. fol. 194. n. 74. Sigismun. Escacia tract. de appella. q. 17. limi. 10. num. 58. dum dicunt, quòd condemnatus in expensis, non poterit appellare à tota expensarum taxatione facta per executores, sed tantum ab ex-

cessu. Reddunt rationem; quia si à tota taxatione expensarum appellaretur, foret rescindere pronunciatum, & sententiam, foretque potius appellare ab ipsa sententiæ executione, quam ab excessu. quia cum præsupponatur amplius non posse à sententia appellari, in qua adest condemnatio expensarum, quia vel transferit in rem iudicatam, vel adsint tres conformes; pariter non poterit appellari à tota taxatione, quia esset potius appellare à sententia contra iuris prohibitionem, permittens dumtaxat ab excessu.

Et hoc est quod voluit Rot. Rom. vt testatur Seraphin. decis. 9. 38. apud eundem 2. tom. dicens, quòd executio propter excessum in summa reuocatur, non tamen ipsum mandatum executorium. itaque cum non possit appellari propter tot inconueniens, nec ad superiorem deuoluitur nisi excessus cognitio: non poterit in totius executionis reuocatione se intrinsece, quia vltra id, quod in iudicio deductum est, excedere potestas iudicis non potest. & de qua re conuenerit iudex, de ipsa quoque pronuntiare debet. l. de qua re. ff. de iudicis. & sic excessus vitatur, sed non vitatur. E conuerso autem aliud consideratur absurdum, nempe sententiam latam super excessu, & sic super accessorio, præiudicare principali, scilicet; executioni, quod omnino negandum, & vitandum. & in istis terminis, quòd superior non possit cognoscere nisi de nudo articulo excessus, à quo est appellatum, probant Guido Papæ quæst. 574. num. 2. Vincenti. Caroc. exceptione 65. num. 4.

Cui fundamento rectè conuenit, quod dicit Philipp. Franch. in d. dilect. num. 11. de appella. quem referens sequitur Escacia de appella. quæst. 17. limi. 1. num. 56. vt iudex superior, qui cognoscit de causa appellationis à sententia lata super nullitate alterius sententiæ, non poterit in ista appellatione cognoscere de iniustitia sententiæ, sed solum super nullitate. Reddunt rationem, quia cum iste iudex non possit adiri nisi super nullitate sententiæ dumtaxat, non poterit nisi de ea cognoscere, quia non est super simplici iniustitia aditus, nec est hoc petitum, ac ideo appellationis iudex super eo non acquirit iurisdictionem, optimè Bal. in l. 4. sicut preponis in fi. C. quomodo & quando iudex. Fran. in c. dilectio 63. quæst. 10. sub num. 24. vers. sed aduerte quia Bal. de appella. idem Escacia de appella. quæst. 11. num. 127. ergo idem dicendum in nostro casu, quòd cum super nullitate, & excessu non super simplici grauamine, & iniustitia sit dumtaxat aditus superior, minimè poterit se intrinsece vltra in libello deductum, non consentiente parte.

Quibus

Quibus adde quæ supra diximus c. 4. ad fin. à num. 38. & supra. quare cum excessus sit quid separatum à commissione, & executione, ipsam non debet totam vitare.

213 Tertio & in nostris terminis, quòd excessus non vitiet totam executionem; dicit communem Curt. Iun. conf. 79. num. 2. quem referens sequitur Anton. Grauat. in addit. ad praxim Vestry lib. 5. cap. 1. sub num. 10. litera E, dicentes, quòd excessus, & quod præter formam mandati factum est, adeò nullum sit, vt retractandum, ac reponendum, non in totum, sed quatenus forma excedit dumtaxat, & ita communiter apud omnia tribunalia praticatur.

214 Deinde & quartò probatur, quoniam quando ex actis constat de veritate, decretum non reuocatur in totum, sed prætextu erroris, & excessus. sed soluto excessu dumtaxat ad vltiora proceditur, cum sententia declaratur ex actis, ita Alexand. conf. 49. num. 9. lib. 2. Curtius Iun. conf. 179. num. 2. p. 2. & ita fuisse textum in vna Perusi. executionis 18. Decemb. 1595. coram Peni. refert, & sequitur Marfcot. variat. resolut. lib. 2. cap. 6. n. 9. qui, ita intelligendos esse Doctores supra citatos in primo fundamento pro contraria parte. dicens etiam aquirem ad euitandos inanes circuitus, & ne litigantes in modicis grauentur expensis, secundum Angel. & alios in l. si finita. ff. de damno infecto. Aymon. conf. 46. num. 7. Gozadi. conf. 21. n. 35. vbi testatur de vero debito euidenter, atque notoriè ex sententia, & re iudicata, quæ reddit rem indubitabilem, ex l. 1. & toto tit. ff. de re iudi. nihil mirum, vt dumtaxat excessus reponatur.

215 Et hinc est, quòd excedens modum castigandi, aut defendendi, non punitur pro toto, & pro omnibus percussionibus, sed solum pro illis in quibus excessit modum, & sic non punitur pro toto, sed pro excessu dumtaxat. Petr. Anchar. in dem. 1. de homi. Hippolyt. de Mar. in cap. 2. circa fi. de homi. Alexand. conf. 2. col. 5. volum. 7. Petr. Philip. Corrat. conf. 204. incipit pro decisione in fi. vol. 1. B. Bal. Angel. & Doctores in l. si adulterium cum incestu. §. Imper. ff. ad l. Iul. de adulte. Angel. in l. Grach. C. de adult. Cyn. in l. 1. C. vnde vi. qui alios citat text. & per eum ibi Bal. in l. sed si quacumque. ff. ad l. Aquil. latissimè, & eleganter, plura exempla inferens ad propositum, Hippol. de Marfil. in pract. crim. §. quoniam à n. 68. & iterum à num. 90. cum seqq. fol. 74. & 75. & ita dicit Gaspar Rodrig. de annu. reddi. lib. 1.

216 cap. 18. num. 29. quòd excessus, qui separari potest, & in quo non peccatur, nisi in excessu, vitatur, sed non vitatur totum, quia peccatum Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

na non excedit delictum. l. rescriptum. ff. de iis quibus vt indig. vbi sic plura iura intelligit, & interpretatur. Hinc etiam videmus, quòd in attentatis dumtaxat quod est attentatum reponitur, cum quibus remanet satisfactum ad argumenta in contrarium adducta. Pro quibus poteris etiam videre Marfcot. & Gratian. locis ibi allegatis. Ex quibus quidem deducitur resolutiua conclusio, quòd excessus repositio non comprehendit totam executionem, sed dumtaxat excessum, qui non vitatur, sed vitatur, & ita communiter praticatur.

217 Sed successiue illa se offert ingens tollenda difficultas: an facta semel repositione, vel aliter executæ sententia, qua quis ad rem restituendam, vel tradendam fuisse condemnatus, si iterum res ipsa in potestatem condemnati deueniat, an paruisse dicatur sententiæ, & an ipsemet iudex virtute executorialium possit iterum rem prædictam à condemnato auocare, vel an nouo iudicio experiendum sit aduersus ipsum possessorem rei.

218 Et partem negatiuam, imò quòd non possit ipsemet iudex vigore rei iudicatæ semel executæ rem ipsam iterum recuperare, sed quòd nouo iudicio opus sit. probatur, nam semel facta executione iam effectum suum sententia habuit, & ideo causa, quæ semel effectum suum produxit, ea postea cessante, non tamen cessat effectus. l. fin. in princ. ff. de solutioni. cum multis aliis similibus late cumulatis per Tiraquell. in tract. causa cessante, limit. 8. per totam, actionemque, & obligationem semel extinctam, non reuiuiscere, nec reuocari, etiam si res redierit ad priorem statum. l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verbor. oblig. l. qui res. §. arcam. ff. de solutio. l. Menius, §. duobus, de legat. 2. cap. quæris, de consecrat. d. 4. cum similibus.

220 Secundò & in terminis probatur, nam condemnatus, & obligatus ex sententia, vel contractu ad rem tradendam, si eam semel tradiderit, esse liberatum, nec reuiuiscere obligationem, etiam si eadem res ad illum denuo reuertatur, docet gloss. in l. ab emptione, in gl. magna. & ibi Bart. colu. 2. ff. de pactis, & in l. si cum fundum venderes. in verbo, tradat, ff. de contrahend. emptione, & in l. 3. §. vnde vi, in verb. vindicare. ff. de vi & vi arma. & eadem gloss. in l. Claudius, in gloss. 1. post med. & ibi B. ff. qui potio. in pignor. habeantur. & in l. Pomponius, §. sed si is, in verbo, de rato in fin. de procur. & in authent. sacram. pub. in gloss. penult. C. si aduers. vendit. quod & idem voluerunt Iacob. Aret. B. Imol. Paul. Castr. Roman. & ceteri recentiores in l. permiseri. quæ est penult. §. species. ff. de acquir. possess. Bartol. Bald. Paul. v v Castrenf.

Castrenf. Rapha. & Alexand. in l. fideiuss. §. meminisse. ff. de legat. 1. Petr. Iacob. tit. de condit. ex lege, que pro re donata compet. col. 2. versiculo item recte dicitur. Angel. in l. qui restituit. ff. de rei vind. & in l. sed & si possessori. in princ. de iur. iur. & consil. 34. Constant. col. 2. Petr. Anchar. in clem. ne Romani, §. porro, de electione. Paul. Castr. in l. qui pendente. per illum text. ff. de actio. empti. Barba. consil. 22. Deum inuocent. col. 5. iunctis sequentibus, lib. 3. Corn. in l. si quis heredem, col. 2. C. de institut. & substit. Lanfranc. in tractat. de arbit. quest. 41. ult. part. principal. Iff. in §. actionum, num. 148. Instit. de actio. & facit text. in l. a diuo Pio, §. si post additum, ff. de re iudicat. & in l. Ne sen. §. fundum. iunctis notatis per Doctores ibi, maxime Iff. in pri. nota. eodem titulo.

221 Deinde & tertio, quoniam super nouiter attentatis iudex delegatus non habet iurisdictionem, postquam sententiauit, nisi circa executionem intra annum, Abb. in c. quaren. in princ. num. 6. versiculo intellige hanc distinctionem, de offic. deleg. Hinc licet instrumentum, & sententia habeant executionem paratam; tamen si semel fuit obtenta executio, & bonorum adiudicatio, non potest iterum agi via executiua, prætextu quod non potuerit consequi rem adiudicatam, quia facta semel solutione extinguitur instrumentum. Petr. Anchar. consil. 40. visis petitione, per totum, ubi in fine, quod via ordinaria agit ad manutentionem rerum adiudicatarum, Tusc. Cardin. practice. conclus. tom. 4. litera I, conclus. 240. num. 50. & litera E, conclus. 493. num. 8.

222 Hinc bonorum possessio ex l. fin. C. de editio diuisi Adrian. aut ex interdicto quorum bonorum, aut petitione hereditatis semel concessa, & ab hærede obtenta, amplius nec ei competit, nec conceditur, etiam si deiciatur ab ea, Alexand. consil. 183. viso puncto, n. 2. & 3. lib. 5. Anchar. consil. 189. num. 6. versic. præterea posito. Cardin. Tusc. practice. conclus. tom. 3. litera E, d. conclus. 493. a. num. 9. cum seqq.

223 Sed contrariam partem, imò quod condemnatus ex sententia ad rem restituendam, semel eam restituerit, si ad eum res ipsa iterum deuenerit, possit ab eo iterum peti executio eiusdem sententiæ, tanquam ab eo non sit liberatus, qui rem iterum recuperauit, tenent Oldrad. in l. Titio centum, per illum text. ff. de condit. & demonstratio. dicens quod si arbiter iusserit mihi fundum restitui sub pœna, & aduersarius restituerit, sed postea iterum occupat, cadit in pœnam compromissi, & in terminis de sententia tenent Iacob. Butr. Gulielm. cum Bart. Bald. Salicet. & Fulgof. in l. sed & si possessori. versic. proinde. ff. de iur. iur. & idem voluerunt Cyn. & Bald.

subobscurè tamen in l. si quis heredem, C. de instit. & substit. & clarè ipse in l. qui licitam, in princ. per illum text. C. ut lite pendens. & in l. debitori, col. 2. versic. sed videamus, C. de patris, & in cap. cum in cunctis, col. 2. versic. sed quid si habuerit, de electio. & in cap. signific. post princip. de officio delegat. & in cap. quarenti, post medium, eodem titulo, & in §. si facta, col. 2. versiculo extra quero, titulo si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agrar. Angel. in l. permissi fieri, quæ est penult. §. species ff. de acquis. possess. Nicol. Neapol. & Immol. in l. si fideiuss. §. meminisse, ff. de legat. 1. & Petr. Anchar. in clem. ne Romani, de electio. Nellus inter consilia Paul. Castr. consil. 204. præsupposito, col. 2. versiculo tertio domino, lib. 1. ipse Paul. cons. sequen. ego Paul. Stephan. Bertr. consil. 232. addendo eleganter, n. 14. vsque ad fin. lib. 2. Socin. consil. 133. pro facto, col. 3. versiculo tertio & ult. lib. 1. quod & repetitur in consil. 147. lib. 2. Hippolyt. de Marfil. consil. 7. summi Celi, col. 2. versic. cum ergo in casu, lib. 1. Castell. in l. 63. Tauri fol. 179. col. 4. versiculo item quero lata fuit sententia, & c. Fabius à Mont. in tractatu de emptione & vendit. in 63. q. 3. q. princip. ubi pro hoc dicit esse clarum text. in l. si quasi recepturus, ff. de pignor. acti. & in l. inter Castellianum, ff. de arbitris, & in l. 2. §. dominorum, ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.

Huc spectat, quod scriptum reliquerunt Dyn. Cyn. Bald. & Salicet. in l. seruus, per illum text. C. de penis, dum dicunt, quod si ciuitas fuerit condemnata ad subuersionem murorum, si illis directis, iterum eos ædificet, non est satisfactum sententiæ, debent enim manere destructi, quod & etiam voluit B. post Dyn. in l. si quis adulterium, §. 1. & ibi quoque Angel. per illum text. ff. de adulter. idem Angel. in l. in numerationibus, ff. de solutio. & in d. l. fideiussor. §. meminisse. & ibi etiam Immol. ff. de legat. 1. Angel. num. 34. Constant. ubi & alia multa similia congerit Petrus Anchar. in cap. ex literis, de constitutio. & ibi quoque Felin. col. 8. versiculo secunda conclusio. & Philipp. Dec. col. 4. versiculo tertia conclusio. & idem Petrus Anchar. in c. commiss. in 5. nota. de electio. lib. 6. & in cap. 1. in 6. nota. de usur. eodem lib. 6. & in cap. felix 7. not. & ibi etiam Philipp. Franc. in princ. col. 2. versiculo ultimo nota. ibi, reparatur, de penis, eodem lib. 6. Corn. consil. 7. rudis & incompota, col. 2. lib. 1. & Barba. consil. 22. Deum inuocent, col. 6. lib. 3. Stephan. Bertr. consil. 232. addendo eleganter, ad fin. lib. 3. quibus quidem Doctoribus satis comprobata remanet huius contrariæ partis intentio.

Quid autem in tanta Doctorum varietate, & diuisione sit dicendum, ingeniolium meum pauescit, quare mediam inter eas eligendam

gendam esse opinionem, verius arbitror, vt scilicet, tunc facta rei restitutione, vigore rei iudicata, resque ipsa incontinenti, & non ex interuallo reuertitur ad condemnatum; tunc hæc secunda opinio indubitanter procedit, vt iterum aduersus condemnatum possit procedere eiusdem sententiæ executio, sic distinguunt Immol. Paul. Cast. Rom. Alexan. & alij recentiores in d. §. species. Paul. Roman. Alexand. & Iff. in d. l. sed & si possessori. quam Iff. legit cum §. si petitor. in d. l. nam postea. Paul. Castr. in d. l. Titio centum, in princ. ff. de conditio. & demonstrat. & Fran. Aret. in d. l. si fideiuss. §. meminisse, col. 2. ff. de legat. 1. Corneus consil. 59. placet in hac consultat. col. 1. lib. 3. Barba. in d. clem. Romani, col. 102. in paruis, versiculo nota quod constitutio. ubi ad hoc allegat gloss. in cap. quoniam, de offic. delegat. & in cap. commiss. de electio. lib. 6. veram & indubitabilem esse hanc distinctionem, affirmat Tiraquell. in l. si unquam, verbo, susceperit liberos, num. 183.

228 Quæ doctrina non solum in ordinario iudice, verum & in delegato procedit quoque, qui licet postquam tulit sententiam, functus sit officio suo, præsertim, si eam semel fuerit exequutus, l. iudex, ff. de re iudi. c. in liter. de officio delegat. tamen statim executione facta, si vietus rem iterum occupat, potest ipse iudex delegatus iterum cognoscere, & suam exequi sententiam, vt voluit gloss. in cap. quarenti, in verb. & integrum annum, de officio delegat. ubi inquit, quia non videtur possessionem adeptus, qui eam statim amisit, l. non videtur, ff. de acquis. possess. & arg. l. 2. §. permissi, & §. illud, ff. de heredit. vel actio. vendit. & illam gloss. sequitur Ioan. Andr. & Panormit. ibi, Tiraq. ubi proxima d. l. si unquam,

229 verbo, susceperit liberos, num. 184. vt & de possessione per primogenitum apprehensa, quæ non durauit, habetur pro non apprehensa, quoad iuris effectus, & remedia multa, videnda congerit Molin. de primogeniis, lib. 3. cap. 13. sub num. 8. nam non videtur (vt ipsi dicunt) iudicem fuisse executum, ex quo executio fuit perturbata, arg. cap. diuortium, de penitent. dist. 1. & d. cap. 1. de iudicis. & est gloss. in d. cap. commiss. §. annus autem, verb. pacificam, de electio. lib. 6. dicens, quod non videtur adipisci pacificam possessionem beneficii, qui statim ex ea fuit deturbatus, ideo & non currere tempus ad ordinem requisitum.

230 Quæ resolutio insuper comprobatur, quoniam non dicitur factum, quod non durat factum, l. idem, §. si actor, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, l. si pro parte, §. versus, ubi gl. citat concordantes, ff. de in rem vers. l. 3. §. si quis ita, ubi Immol. ff. de hered. institui. Socin. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

231 Quæ resolutio insuper comprobatur, quoniam non dicitur factum, quod non durat factum, l. idem, §. si actor, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, l. si pro parte, §. versus, ubi gl. citat concordantes, ff. de in rem vers. l. 3. §. si quis ita, ubi Immol. ff. de hered. institui. Socin. Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

consil. 91. num. 2. volum. 1. Petr. Surd. consil. 145. num. 11. p. 1. plurimos citat Giurba decis. 29. num. 2. Muscatell. de delict. in proe. num. 9. & in praxi ciuili. p. 6. glossa, conclusum, num. 2. Simon de Pratis consil. 191. num. 13.

Nec videtur fuisse, quod parum durauit, 235 Ioan. Andr. & Panormit. per illum text. in cap. nam & ego, de verbor. signific. ubi gloss. allegat concordantes, gloss. in cap. 1. §. quinetiam, in verbo, non admittantur, sit. Episcopi vel Abbates. & illam singularem dicunt, ibi Rayn. Aluar. Marti. Laudens. Cardin. Alexandrin. & cæteri scribentes. Et hoc planè adfruit illud Iob cap. 10. Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Nec etiam est in 236 consideratione solutio rei debita, quæ non durauit, l. qui sic soluit, vt statim recipiat, nihil agit, ff. de solutio. nec videtur verum, quod verum non durat, l. si pro parte, §. versus, ff. de in rem vers. ubi gloss. allegat plura similia, & multa alia elegantia cumlauit Hippolyt. de Marfil. in repetitio. l. vlt. n. 155. & multis sequentibus, ff. de iurisd. omni. iudi. & in l. 2. in fin. ff. quibus ex causis in possessio. eatur. ubi dicit, nec sufficiat vnquam defendisse, si non durat 237 defensio, facit l. 1. §. quod ait prator, nisi, ff. quorum legator.

Hinc etiam est, quod scribit B. in l. sicut, §. supernacuum, col. 3. versiculo redeo ad ordinem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. quod si iudex alicui præceperit, vt domo 238 exiret sub certa pœna, & is exiuerit, & postea iterum ingressus est, incidit in pœnam, tanquam non videatur exiuisse, qui statim rediit; sequitur Tiraquell. in d. l. si unquam, verbo, susceperit liberos, num. 179. cuius est farina, quod si medicus certa mercede promisit curare ægrotum, qui curatus, vt videbatur, eandem in ægrotudinem recidit: certè in dubio, si statim recidit, non videtur fuisse curatus à primo morbo, secus si longo post interuallo, ita voluit Pileus in 12. quest. & Barnab. Brixon. q. 73. Dyn. Richar. Malum. Cy. Marti. B. Bald. in vtraque lectura. Alberi. Salic. & Paul. Castren. in l. Marcus, ff. locati. Speculator titulo de salario, §. vlt. post prin. Ioan. Andr. in cap. contractus in 2. quest. de regul. iur. lib. 6. Alber. in l. contractus, num. 7. ff. eodem titulo. Bald. consil. 225. quidam fenestra. col. 2. lib. 3. Imol. Francisc. Aretin. & Barba. in l. si ita stipulatus essem abs te, ff. de verbor. obligat. Petr. Anchar. Panormit. Barba. & Felin. in cap. presbyter. de homi. Hippolyt. de Marfil. consil. 7. Summi Celi, col. 2. versic. cum ergo in casu, lib. 1. ex quo idem tradit Bald. in l. licet, C. de exceptio. quod in continentem recuperans possessionem fingitur nunquam fuisse expulsum, quod pertinet, non considerari translationem dominij, quæ momento durat, l. vlt. §. fin.

S. fin. in fin. C. de bonis qua liberis. notat B. in l. fin. ff. de condito. instit. Angel. in l. volunt. ad fin. C. de fideicommiss.

242 His recte conuenit, quod dicit Menoch. de retinem. possess. rem. 3. num. 8. 19. quod si lata sententia contra turbatorem, praestititque ab eo cautione, adhuc perturbet, asseratque se noua ex causa possidere, atque ita uelle se illi possessioni incumbere, audiendam non esse, dicit Ioan. Faber in §. retinenda. num. 2. 9. Instit. de interdicit. cuius doctrinam declarandam esse censet Menoch. ibi, non procedere, cum elapso multo tempore hic condemnatus assereret, se ex noua causa possidere, & huiusmodi causae probationes paratas, & in promptu haberet. nam tunc cessat malicia iustissimè aliàs à Fabro considerata.

243 Facit etiam quod dicit Felin. in cap. querenti, in fin. versiculo sed tu tene. de officio delegati. post Bart. consil. 18. 1. num. 1. & l. quod si. ff. de solutio. citatus per Gratian. in disceptatio. forens. cap. 2. 6. num. 3. 7. tom. 2. quod sententia dicitur exequuta, quando aliquo tempore permansit, & est Rotæ decisio, teste Put. decisio. 3. 3. 4. per totam. & præcipue num. 5. lib. 1. dum in hæc inquit. Non obstat etiam, dum dicebatur, quod virtus exequutorialiù euanescit anno, per cap. querenti. & ibi Abb. col. 2. in fin. & Felin. colum. fin. in fin. de officio delegati. quia illud est verum, quando exequutoriales uel actio. uendita. & effectus earum durauerat anno: hic autem non poterat dari effectuario, quia Capitulum tenebatur de præstanda patientia, non solum de præterito, sed etiam de futuro, & quod licet de præterito tempore habuisset patientiam, tamen quod in futurum poterant contradicere: sed non erat verum, quod fuissent effectuaræ.

244 gati. quia illud est verum, quando exequutoriales uel actio. uendita. & effectus earum durauerat anno: hic autem non poterat dari effectuario, quia Capitulum tenebatur de præstanda patientia, non solum de præterito, sed etiam de futuro, & quod licet de præterito tempore habuisset patientiam, tamen quod in futurum poterant contradicere: sed non erat verum, quod fuissent effectuaræ.

245 His conuenit, quod de clausula (defendat inductum) posita in exequutorialibus late dixerit Ioan. Hieron. Campanil. diuer. iur. can. rubrica 1. 1. cap. 1. 3. num. 2. 8. 3. ubi hinc inde refert Doctores diuersimodè illam declarantes, nam quidam, quod facultas executoris anno durat, tuendi inductum in possessione apprehensa, alij, expirare statim adepta pacifica possessione, ne præiudicium fiat ordinariæ iurisdictioni, alij uero aliud. tandem ipse firmat, & resoluit ex eodem Put. virtutem exequutorialium extingui per anni lapsum, ubicumque semel sortitæ sunt effectum, & huiusmodi effectus integro anno perdurauit, quæ mihi uerior etiam uidetur, ad quam etiam secundum subiectam materiam nostra resolutio reducenda est.

247 Sed hanc nostram resolutionem censio dupliciter esse limitandam. Primò, quando sumus in causis habentibus tractum succes-

siuum, in quibus licet semel exequuta sit sententia, si iterum res ex interuallo reiciat in potestatem condemnati, iterum peti poterit executio sententiæ, ut loquendo in sententia lata in materia terminorum, ut etiam positis semel limitibus, & postea amoueretur, iterum ualebit petere eiusdem sententiæ executionem contra noniter turbantes, etiam si sint vicini postea nati in populo condemnato, quia idem est consilium, ut post Capicium decis. 1. affirmat Auend. de exec. manda. cap. 4. num. 39. ubi plures citat in versic. quod maxime uerum est. pro qua doctrina facit dicta Putei decisio supracitata d. n. 5. & quæ dixi hac 4. p. c. 8. n. 3. 2. 5. & 3. 2. 6.

Secundò limitandam esse, quando executio cœpta est, & nondum perfecta, quoniam cœpta & nondum finita, durat perpetuò, & debet finire. Petr. de Anchar. consil. 42. tria in fauorem, n. 4. & vsque in fin. Cardinal. Tusc. practi. conclusio. litera E, concl. 5. 1. 4. num. 6. & consil. 5. 1. 3. num. 5. dum post Bart. consil. 1. 3. 9. statuto communis Perusij lib. 1. quod est Barth. Fran. Trigri. & repetit B. in consil. 1. 4. 2. num. 1. versic. ad hoc respondetur, lib. 1. Anchar. consil. 41. 2. dicit executores ad aliquod ordinandum, & 2. 4. 9. exequendum, licet in parte executionem demandauerint, non dicuntur functi officio, donec plenè executionem perfecerint, & facit, quod per Bart. in l. uenditor. §. uenisse. ff. de heredita. uel actio. uendita. quod in materia terminorum non dicitur executio sententiæ impleta, nisi limitibus assignatis, & data reali possessione terminorum.

Hinc est, ut executio non dicatur perfecta, nec lis finita per rem iudicatam, donec sint exequutoriales executioni demandatæ, & earum vigore possessio apprehensa. Sarnier. in regul. de ann. 9. 4. 4. Put. decis. 3. 1. 0. lib. 2. Mohedan. decis. 180. & decis. 106. aliàs decisione 105. fuit dictum. cum alijs per Lancelot. Robert. de attent. c. 4. in præfatione, num. 2. 3. 0. qui plura congerit scitu dignissima. & ita cœpta executione, non expirare spatio triginta annorum vigorem exequutorialiù, tenet Achill. decisio. vni. de execut. sententiæ. & dicit Rota in vna Legionen. prætimo. 2. 7. Nouemb. 1. 5. 9. 2. coram Pamphi. ad fin. adducta per Nicol. Gar. de benef. 6. part. cap. 4. num. 4. 2. in fin.

Quod comprobatur, quia non dicitur factum, dum aliquod remanet faciendum, l. cum Sillanian. in fin. C. de his quibus ut indignis. ubi Bald. num. 2. l. soluend. ff. de verb. signific. cap. 1. de baptis. cap. nihil. 7. quest. 1. nec dicitur actus perfectus, quando est partim factus, & partim non, l. 2. ibi, (quia ipsi animaduertunt, aliquid deesse.) ff. de orig. iur. Hieron. Gonz. in regul. de men. & alternat. gloss. 6. 3. à num. 2. 4. & patet,

& patet, quia res perfecta non debetur, nec facta, si aliquid essenziale & substantiale remanet agendum in iis, quæ perfectionem requirunt ex debito iustitiæ. Viuius decisio. 2. 2. 4. num. 1. decisio. 4. 4. 2. num. 9. Riminal. Iun. consil. 2. 9. 6. num. 1. 0. volum. 3. Simon Præ. consil. 1. 9. 1. num. 1. 3. Riminal. Iun. §. 1. num. 3. Inst. de donat. Cavalca. decisio. 4. 6. num. 3. 0. 4. Muscatell. de delict. in proamio, num. 9. & in praxi civil. p. 7. glossa, conclusum, num. 2. Giurba decisio. 2. 9. num. 2.

254 Quæ doctrina & ex eo etiam comprobatur, quia rei perfectæ nihil potest superaddi, l. 2. & ibi notat Bald. C. de uin. libert. Bald. in l. uenit. §. his ita n. 3. C. de caducis tollen. Neguz. consil. 7. 2. num. 1. 0. sicut plenum dicitur, cui nihil addi potest, cuique nihil deest, l. Julia. l. 1. §. fin. ff. de rei uindic. l. huius. §. ades. de leg. 1. Tiraq. de retractu conuentio. gl. 1. & vni. n. 4. 0.

255 Hinc est, ut nihil uideatur soluisse, qui totum non soluit, l. heredes. §. in illa. ff. famil. heriscum. nec uideatur edisse, qui totum non edidit, l. si defensor. ff. de interrogato. actio. l. ex clausula. ff. iudicat. solui. Specula. 2. p. tit. de instrum. editio. §. dicto. de impugn. num. 6.

256 Nec dicitur purgatum, nec repositum attentatum, nisi omnia sint purgata, & vsque ad vnum nummum in pristinum statum reposita. Achill. de Grass. decis. num. 7. ad fin. de locato. & decis. 1. 7. de restituzio. spoliato. Cæsar de Grass. decis. 1. 5. 0. num. 4. & 8. p. 1. & decis. 2. 7. 0. p. 2. num. 5. & decis. 1. 7. 1. & decis. 1. 7. 6. p. 3. Put. decis. 5. 6. num. 1. 2. lib. 1. & decis. 2. 9. 8. lib. 2. cum alijs, quorum nomenclaturam refert Lancelot. de attent. 3. p. cap. fin. n. 7. 8. & 8. 5. & 1. 7. 6. & 1. 9. 1.

257 Et de repositione rei, vel causæ in pristinum statum, & quomodo satisfactum dicitur sententiæ repositionis excessus, & ceterorum attentatorum, tam circa rem, quam circa causam, uide multa elegantissima per Lancelot. Robert. de attent. 3. p. cap. 2. 9. per totum. & præcipue à num. 7. 3. & eadem 3. p. c. 3. 1. num. 1. 4. ad quem te remitto libenter.

258 Vltimò circa hanc repositionis materiam quæri potest: an reuocata executione, cuius contemplatione quis possidet, qui pati debet repositionem, possit rem illam ex alio capite, aut alio iure, aut ex alia causa, retinere eandem. Et quòd non possit, sed possessionem, quam illi iudex dedit, teneatur restituere, est Bald. doctrina in l. penult. in fin. C. de pignoratitia actio. ubi dicit, quòd mulier missa in possessionem ventris nomine, non poterit interuertere possessionem alio respectu, & idem Bal. in authentica ei qui iur. col. 6. versiculo, sed tunc quero, num. 2. 6. C. de bonis auctor. indi. possiden. asserens, quòd missus in possessionem ex primo decreto, comparent Salgado de protect. Reg. Tom. 1. 1.

debitor, & offerente stare iuri, & satisfacere de expensis, & facere ea, ob quorum defensionem facta est missio, non poterit retinere possessionem prætextu hypothecæ conuentionalis, quia non est eo nomine missus, sed missio est limitata, & sic recedere debet à possessione, cum cesset causa missionis, quem Bald. refert Mieres à Pelaez in tract. de maiorat. 3. p. quest. fin. quæ est 1. 4. num. 2.

Sed pro contraria parte urget alia eiusdem Bald. doctrina in l. fundus qui Lucij Titij, ff. de rei uindicatio. ubi dicit, quòd si tenuta fuit mihi data inordinato processu, & nullo poterit retineri, donec soluatur verum debitum, quod dicit perpetuò esse notandum Crema singular. 5. 2. tenuta fuit mihi data. l. titius per Decium consil. 4. 4. 9. num. 2. 2. Thomas Grama. decis. 5. 2. magnifi. Domina Marga. num. 5. pag. 2. 3. 4. Anton. de Fano in tractatu, de pignor. part. 5. membr. 4. num. 4. fol. mihi 1. 4. 3. ubi post Bar. in l. petenti. ff. de pignoratitia actio. tractat, an res data alicui nulliter per debito, possit pro uero debito retineri, & hanc partem uidetur sequi Mier. ubi proximè num. 3. in antiq. impress. ubi dicit esse notabile ad appellantes, & dantes querelas contra executores sententiarum, vel instrumentorum quarentigiarum, quæ ex aliquibus defectibus nullæ iudicantur.

Et ultra præfatos Doctores hanc etiam opinionem reperio tenere Roland. à Valle consil. 5. num. 7. vol. 2. videndus etiam num. penult. & fin. per eundem Bald. in l. qui Titij, notab. 4. C. de rescind. uendit. dicentem, quòd ubi tenuta minus legitime data reperitur, si res illa propter debitum aliàs hypothecata comperitur, datur creditori retentio, allegat ad idem Crema. singular. 9. 4. Bertachin. in tract. de Episcop. 3. p. prin. n. 6. 6. & Neguz. de pignorib. in 2. memb. 2. part. num. 2. 0. Curtium Iunio. consil. fin.

His rectè conuenit, quod dicit Marefcot. 2. 6. 2. variar. resolutio. lib. 2. c. 6. num. 1. 1. & seqq. dum ait, quòd quamuis relaxatum mandatum pro maiori summa, & maiori quantitate, non solum in excessu, sed etiam in totum sit nullum, & reuocandum, secundum quæ nos latius supra hoc cap. tamen si tempore relaxati mandati obtinens decretum, erat uerè creditor in æquali, seu maiori quantitate, quam esset illa, in qua fuit excessum, tunc sustinetur mandatum propter compensationem, quæ tamen licet antea non fuerit opposita, ipso tamen iure inducitur ad euitandam penam spolij, & nullitatis mandati. Hancque sententiam passim sequutum fuisse à Rota, etiam non obstante iuramento, ut in vna Bonauentana de uolutionis 14. Iunij 1. 5. 8. corà Cardinali Pamphilo, testatur ipse Marefcot. v v 3 rescot.

rescor. *vbi proxime n. 13. quam aliquibus rationibus ipse comprobat ibi usque ad si. d. c. 6.*
 263 Facit insuper, quod possessor condemnatus ad rei restitutionem, potest executionem impedire ob facta melioramenta, donec sibi integraliter solvantur, & sic ex alio iure potest retinere, quam quo lis principaliter tractatur, de quo nos latius supra hac 4. part. cap. 13. ante fin. versiculo deinde quoniam condemnato, &c. à n. 59. vbi plurimos citauimus; sed in re hac adhuc dubius sum, quæ omnia dicta hæcenus tu considerare poteris.
 264 Vltimo & pro complemento obiter animaduertendum est, eundemmet executorem, qui excessit, & attentauit inter exequendum, posse & ipsum idem grauamen & excessum reponere proprio imperio de facto, quemadmodum & illud de facto attentauit, & excessit, prout & nos latissimè supra diximus 1. p. cap. 3. per totum, & etiam eadem 1. p. cap. 5. & alibi passim. Vltra quæ

expendo text. expressum in e. qualiter. el primo, de accusatio. vbi legatis generalibus ad inquirendum, modum excedentibus, ita respondet Summus Pontifex, *ibi*, nec inde nascantur iniuriæ, vnde iura nascuntur, ideoque mandamus, quatenus ad conscientiam vestræ iudicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem, tanquam homines excessistis: non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errorem, &c.) vbi gl. verbo, *obseruari.* & Doctores communiter. Sed dum aliorum excessus reprimere curamus, nostros amplius ne manifestemus, illis iam imponamus finem, ad laudem puræ & immaculatæ matris semper Dei Virginis Mariæ, sub cuius protectione opuscula hæc consecimus, ac beati Barnabæ Apostoli, cuius Vesperas hodie celebrat sancta Mater Ecclesia, cuius correctioni totum hoc opus nostrum submitimus.

F I N I S.



INDEX



I N D E X
 R E R V M E T V E R B O R V M
 Q V Æ H O C S E C V N D O V O L V M I N E
 C O N T I N E N T V R.

Primus numerus paginam, alter columnam, tertius marginalem eiusdem columnæ numerum denotat.

A
 Adicere à se qui tenet aliquod ius, si monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac si abdicasset. 313.1.88
 Ablatus absolutus inducit conditionem. 475.1.29
 Absolutio in incidenti quando deducatur per condemnationem in principali. 337.2.83
 Absolutoria sententia seipsum exequitur, nec indiget facto iudicis. 256.1.99
 Absolutoria sententia ex qua causa lata sit in interdico vti possidetis, si nec ex ea nec ex actis appareat, an ob nouam turbationem actori iterum agenti obiter exceptio rei iudicata. 464.2.76
 Absolutoria sententia in criminalibus ex qua causa sit lata ex actis intelligendum est, vt distinctiua aut interlocutoria ab obseruatione iudicij dicatur. 465.1.9
 Vide Sententia.
 Absolutus statim exceptione rei iudicatæ tutus est. 256.2.100
 Absolutus ex vna causa potest ex alia conuentus condemnari. 290.1.200. & 340.2.21
 Absolutus reus conuentus interdico vti possidetis, ex eo, quia nõ est probata turbatio de nouo, post sententiam turbanti non prodest res iudicata. 464.2.74
 Absolutus reus ob non probatum delictum censetur ab obseruatione iudicij, & iterum ex nouis iudiciis potest reus molestari. 465.1.82. & sursum.
 Acta faciunt rem notoriam, & cur. 96.2.35
 Acta gesta in vna causa non probant in alia, etiam si vtraque tractetur coram eodem iudice, nisi eorum fiat reproductio, nec iudex potest supplere ex capite notorietatis. 117.2.241
 Acta processus etiam lite finita probant, & vim retinent. 263.1.68
 Acta iudicij licet pereant perempta instantia, non tamen acta causæ. 264.2.59
 Acta iudicij dicuntur, quæ tendunt ad litem ordinationem, vt in exemplis. ibid. 60
 Acta causæ dicuntur tendentes ad litem decisionem prout instrumenta, confessiones, testes, & similia. ibid. 61
 Acta probatoria non pereunt perempta instantia. ibid. 62
 Acta non valent post oppositionem defectus mandati, nisi in actis exhibeatur. 341.1.128
 Secus si non opponatur, quia sufficit quandoque de eius vera existentia docere. ibid.
 Acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententia ex mente actorum aperitur. 463.2.69
 Actorum transportatio nisi aduersarius intra legitimum tempus citetur, non excusat a desertione. 239.2.71
 Sufficit tamen vt de tali desertione superior cognoscat. ibid. 72
 ab Actis & sententiis negatiuis siue distinctiuis, siue interlocutoriis appellationi deferendum, si sit legitima. 195.2.77. vbi plura exempla recensentur.
 ab Actis & sententiis negatiuis appellationi legitime, si vim non adesse declaratur, potius videtur auxilium violentiis præstare. 196.2.86
 Actio iudicati licet habeat executionem paratam, stipulatio tamè per quam ipsa nonatur eius privilegio non gaudet. 72.2.1
 Actio aliqua quando deuoluitur in aliam, intelligitur deuoluta secundum suam naturam primæuam. 8.1.28
 Actio & exceptio si oriatur ex eodem actu, à pari procedunt. 338.2.99
 Actio iudicati denegatur contra tutorem aut curatorem. 374.1.162
 Actio non nascitur ex sententia confirmata, sed ex confirmante. 450.2.39
 Extincta prima actio per nouationem, extinguuntur omnia eius privilegia. 82.36
 ex Actione iudicati agitur ordinaria via. 451.1.43
 pluribus Actionibus competentibus ex eodem facto, diuersa tamen causa & respectu, sententia super vna, non nocet ex altera agenti, secus quando ex eadem causa. 290.2.207
 in Actionibus realibus satis est iudicem actorem rei dominium declarare. 416.1.132
 Vide Ago.
 Actor & reus non debent ad imparia iudicari, nec actori licere, quod reo licitum non existat. 41.1.17
 Actor si dolo & potentia aduersarij nõ possit mitti in possessionem rei post annum, habetur pro vero possessore, ac si missus fuerit. 313.2.95
 Actor tamen hoc casu erit expensis cõdemmandus. 419.2.163
 Et quid si reus distulit opponere se nõ possidere. ibid. 164
 Actor qui in actione includit & deducit exceptionem, suo se ligone percutit, ita vt sibi incumbat onus probandi. 476.1.48
 Actor dicitur, qui alium ad iudicij prouocatur, etiam si aliàs sit reus. 492.2.86
 Actum nullus aliquos an pariat iuris effectus, & quos. 93.2.14. remissiuè. ibid.
 Actus non attribuitur exequenti, sed mandanti & ordi